



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 6. Jejunii quadragesimalis observantia a Benedicto XIV. Episcopis  
commendata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

„ptos a Catholica Ecclesia fines coer-  
 „cendæ, salutare leges modumque me-  
 „ditemur.

Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

„Ad sacerdotalem igitur virtutem  
 „vestram, vestrumque pro Ecclesiastica  
 „disciplina zelum, magna cum Ponti-  
 „ficii animi fiducia, pastorales curas  
 „conferimus, ut inde opportunum huic  
 „malo ab inclyta Polona Natione aver-  
 „tendo propulsandoque, & abstergen-  
 „dæ nomini vestro inustæ notæ, subsi-  
 „dium interea repetamus. Eapropter  
 „Fraternitates Vestras in Domino roga-  
 „mus, & hortamur, ut memores ratio-  
 „num Cælesti Catholicæ Ecclesiæ Spon-  
 „so Jesu Christo Judici reddendarum,  
 „Apostolicis vocibus Nostris obtempe-  
 „rantes, ministerium vestrum ea, qua  
 „debet, vigilantia adimplere satagatis.  
 „Ac, dum pares muneri, pietati, & re-  
 „ligioni vestræ de hisce rebus successus  
 „præstolamur, Fraternitatibus Vestris  
 „Apostolicam benedictionem peraman-  
 „ter impertimur.

§. VI.

*Jejunii quadragesimalis observantia  
 a Benedicto XIV. Episcopis  
 commendata.*

Nullam omnino restaurandæ veteris  
 Ecclesiasticæ disciplinæ occasio-  
 nem

Sæc. XVII.  
A. C. 1741.

nem prætermittendam censuit idem la-  
dabilissimus Pontifex Benedictus XIV.  
quoniam vero crebræ ad eum delatæ  
fuiſſent querelæ eorum, qui ex jure  
Zelo relaxatam, imo & ferme abolitam  
jejunii quadragesimalis observantiam  
deplorabant, hinc ea de causa Pon-  
tifex hoc item anno die trigesima Maii  
tollendos, qui irreperant, hujus rei  
abusus, Constitutionem Apostolicam  
Zelo dignam edidit, hujus tenoris:

*Venerabilibus Fratribus, Patriarchis,  
Prælatibus, Metropolitanis, Archiepis-  
copis & Episcopis universis, gratiam &  
communione Sedis Apostolicæ habentibus.*

„Non ambigimus, Venerabiles Fra-  
„tres, quin universis Catholicæ Reli-  
„gionis cultoribus notum sit, a tota  
„Christianum Orbem Ecclesia inter præ-  
„cipua orthodoxæ disciplinæ capita  
„perpetuo adnumeratum retineri Quad-  
„agesimale jejunium; quod olim in legi-  
„bus & Prophetis primitus adumbratum  
„ipsius Domini Nostri Jesu Christi  
„tempore veluti consecratum, ab Apo-  
„stolis traditum, a sacris Canonibus  
„que præscriptum, & ab universali Ec-  
„clesia ab ipso sui primordio retentum  
„& observatum est. Hoc nimirum,  
„veteres tradidere Patres nobis quod  
„die peccantibus communis penitentiam

„constituto remedio, per consortium Sæc. XVIII.  
 „Crucis Christi, nos etiam aliquid in A. C. 1741.  
 „eo, quod ipse propter nos præstitit, a-  
 „gimus; simulque ad recolenda sacra-  
 „tiora Redemptionis nostræ mysteria,  
 „quæ per Dominicæ Passionis, ac Re-  
 „surrectionis memoriam, Quadragesi-  
 „mali potissimum tempore solemnius ce-  
 „lebrantur, purificatis jejunio corpori-  
 „bus, & animis, dignius paramur, hoc,  
 „veluti nostræ militiæ tessera, ab inimi-  
 „cis Crucis Christi fecernimur, flagella  
 „Divinæ ultionis avertimus, & cælesti  
 „præsidio indes adversus principes te-  
 „nebrarum murmuramus. Hoc despectui  
 „habito, non contemnendum divinæ  
 „gloriæ detrimentum, non leve Catho-  
 „licæ Religionis dedecus, nec dubium  
 „animabus Christi fidelium periculum  
 „oboritur: nec aliunde populis calami-  
 „tates, rebusque publicis, & privatis  
 „cladem exitiumque importatum esse  
 „constat.

„Ab hac vero insita inhærentique  
 „in omnium Catholicorum hominum  
 „animis de sacratissima Quadragesima,  
 „aliisque diebus jejunio consecratis per-  
 „suasione, & reverentia, quam aliena,  
 „quam discors, quam absona sit hodie-  
 „na jejunantium consuetudo, quantum  
 „ab ipsa jejuniorum institutione, & ser-  
 „vata

Sæc. XVIII.  
A. C. 1741.

„vata semper ubique, & ab omnibus  
 „disciplina quam longissime distet; Vos  
 „Venerabiles Fratres, qui populo  
 „curæ vestræ commissorum mores,  
 „usus probe nostis, pro singulari sapien-  
 „tia vestra præ cæteris clarius inter-  
 „gitis. Nos sane, quibus in hac  
 „limi Apostolicæ procurationis spectu  
 „constitutis undique gentium nunti-  
 „feruntur, lacrymis satis deplorare  
 „possumus augustissimam Quadrage-  
 „malis jejunii observantiam ob nimiam  
 „nullis legitimis urgentibus causis  
 „que indiscriminatim dispensandi libe-  
 „ritatem plane sublatam esse; ita ut  
 „thodoxæ quidem Religionis cultores  
 „merito querantur; hæresum vero  
 „ctatores illudant, & exultent. Pe-  
 „niciosæ huic corruptelæ plurimum  
 „insuper licentiam adjunctam esse gra-  
 „viter dolemus; quæ usque adeo in-  
 „luit, ut nulla Apostolici Instituti-  
 „cratissimique præcepti habita ratio  
 „jejuniorum tempore, palam, &  
 „pune ab iisdem agitentur convivium  
 „epulæ interdictæ promiscue inferantur.  
 „Eapropter, quemadmodum quibus  
 „curis, sollicitudinibus & angoribus  
 „geamur, cum Fraternitatibus vestris  
 „communicamus; ita facere non possi-  
 „mus, quin pro injuncto Nobis supra  
 „sacro sancti Apostolatus officio, & articulo

„tiffimum Fraternitatum vestrarum ze- Sæc. XVIII.  
 „lum ad opportunum hisce malis adhi- A. C. 1741.  
 „bendum remedium excitemus; & ad  
 „congruentes hujusmodi abusibus peni-  
 „tus extirpandis leges præscribendas,  
 „meditemur. Interea, Venerabiles Fra-  
 „tres, gaudium, & corona nostra, no-  
 „biscum considerantes, nihil Deo ac-  
 „ceptius, nihil Pastoralis ministerio di-  
 „gnius, nihil gregibus curæ nostræ com-  
 „missis utilius, quam ut verbo, & ex-  
 „emplo præeuntes, Christi fideles ad  
 „tam salutarem christianæ pœnitentiæ,  
 „& pietatis exercitationem alacrius su-  
 „scipiendam, constantissime retinendam,  
 „& ea, qua instituta sunt, disciplina per-  
 „agendam vehementius inflammemus;  
 „omni opera atque industria studeamus,  
 „ut fideles populi in conspectu Dei per  
 „austriorem jejuniorum observantiam  
 „tales permaneant, quales in ipso Pa-  
 „schali festo dignum est inveniri.

„Debitum igitur paternæ uniuscu-  
 „jusque vestrum sedulitatis, & caritatis  
 „officium jure postulat, ut omnibus no-  
 „tum faciatis, & annuntietis nemini  
 „quidem sine legitima causa, & de u-  
 „triusque Medici consilio, multitudini  
 „vero, veluti populo, aut civitati, aut  
 „genti indiscriminatim integræ, non nisi  
 „gravissima & urgente necessitate, & in  
 „cili-

Sæc. XVIII. „casibus per sacra Canonum statuta præ-  
 A. C. 1741. scriptis, cum debita Apostolicæ huius  
 „sanctæ Sedis reverentia, a Quadra-  
 „gesimali jejunio dispensationem toties  
 „quoties opus fuerit, concedendam, ac  
 „audacter, fidenterque usurpanda  
 „nec superbe, & arroganter ab Eccle-  
 „sia, sicut alicubi in more positum est  
 „accepimus, esse postulandam.

„Gravissimam vero urgentemque  
 „necessitatem etsi non est, cur vobis enu-  
 „nemus: Nolumus tamen vos ignora-  
 „re, cum huiusmodi necessitate & ser-  
 „vanda esse potissimum unicam Comen-  
 „dam, sicut alias hic Romæ, ac  
 „ipsi hoc anno urgentibus causis  
 „dispensantes expresse præscripsimus,  
 „licitas atque interdiktas Epulas pro-  
 „hibere, sive minime apponendas esse.

„Porro quemadmodum de eiusmodi  
 „indulgentia tam caute impertienda  
 „secus fieret, Nos persuasum habemus  
 „vobis, districtum supremo Divino Judici-  
 „um, ad id iri rationem, ita conscientiam  
 „uniuscujusque Vestrum oneranda  
 „esse ducimus. Insimul Fraternitatem  
 „Vestras rogamus, & in Domino  
 „hortantes obsecramus, ut populos  
 „communem omnium Christi fidelium  
 „penitentiam, ac disciplinam servare  
 „nequeant, commonere satagatis.

„per alia pietatis opera, ut sua cuique  
 „devotio suggerat, peccata sua expiare,  
 „& Deo satisfacere negligent; quinimo  
 „sanandis vulneribus, quibus humana  
 „infirmetas sauciatur, diligentem adhi-  
 „bere studeant curationem, ut culpas  
 „de mundano pulvere contractas, dum  
 „casta jejunia decoquere non possunt,  
 „pia opera, orationum suffragia & elee-  
 „mosynæ munera redimant. Interim  
 „solatium, & levamen non leve mœrori  
 „nostro a pastoralis vigilantia, & cari-  
 „tate vestra præstolantes, ac certo No-  
 „bis pollicentes; Apostolicam benedi-  
 „ctionem, cum uberi cælestium charis-  
 „matum copia conjunctam, in eosdem  
 „populos vestros redundaturam, Vobis,  
 „Venerabiles Fratres, peramanter im-  
 „pertimur.“

Sæc. XVIII.  
 A.C. 1741.

## §. VII.

*Quæstio circa jejunii legem ab eodem  
 Pontifice decisa.*

Jam antea per plures annos, uti jam  
 supra mentionem ingessimus, ingens  
 inter Theologos fervebat controversia,  
 utrum illi, quibus justis de causis usus  
 carniū permittitur, ab unicæ come-  
 stionis lege pariter dispensati censean-  
 tur? Affirmando respondebant laxiores  
 Moralistæ; contrariam tenebant sanio-  
 ris

*Vid. supra  
 T. LXXVI.  
 pag. 400.*